

## MAY 30, ST. JOAN OF ARC, VIRGIN

[Errors? help@extraordinaryform.org](#)

St. Joan was a heroine of the 100 years war between France and England. She was captured and turned over to the English who burned her at the stake on this day in 1431 at about the age of nineteen. She was canonized in 1920.

### INTROIT Exodus 15: 1–2

Cantémus Dómino: glorióse enim magnificátus est. Fortitúdo mea et laus mea Dóminus, et factus est mihi in salútem. (T.P. Allelúja, allelúja.) (Ps. 97: 1) Cantáte Dómino cánticum novum, quia mirabilia fecit. Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Cantémus Dómino: glorióse enim magnificátus est. Fortitúdo mea et laus mea Dóminus, et factus est mihi in salútem. (T.P. Allelúja, allelúja.)

### COLLECT

Deus, qui beátam Joánnam Vírginem ad fidem ac pátriam tuéndam mirabíliter suscitásti: da, quæsumus, ejus intercessióne; ut Ecclésia tua, hóstium superátis insidiis, perpétua pace fruátur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spirítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

### LESSON Wisdom 8: 9-15

Propósui sapiéntiam addúcere mihi ad convívendum: sciens, quóniam mecum comunicábit de bonis, et erit allocútio cogitatónis et tædii mei. Habébo, propter hanc, claritátem ad turbas et honórem apud senióres júvenis: et acútus invéniar in iudício, et in conspéctu poténtium admirábilis ero, et fácies princípum mirabúntur me: tacéntem me sustinébunt, et loquéntem me respiciént, et, sermocinánte me plura, manus ori suo impónent. Prætérea habébo, per hanc, immortalitátem: et memóriam ætérnam his, qui post me futúri sunt, relínquam. Dispónam pópulos: et nationes mihi erunt súbditæ. Timébunt me audiéntes reges horréndi: in multítudine vidébor bonus et in bello fortis.

### GRADUAL Judges 5: 8-11

Nova bella elégit Dóminus, et portas hóstium ipse subvértit. Ubi collísi sunt currus, et hóstium suffocátus est exércitus, ibi narréntur justítiae Dómini, et cleméntia ejus in fortes Israël.

### LESSER ALLELUIA Judith 13: 17-18

Allelúja, allelúja. Laudáte Dóminum, Deus nostrum, qui non deséruit sperántes in se, et in me, ancilla sua, adimplévit misericórdiam suam, quam promísit dómui Israël. Allelúja.

*(During Eastertide the Gradual and Lesser Alleluia are replaced by the following:)*

### GREATER ALLELUIA

Allelúja, allelúja. (Judith 15: 11) Fecísti viríliter, et confortátum est cor tuum: manus Dómini confortávit te, et ideo eris benedícta in ætérnum. Allelúja. (Judith 8: 29) Nunc ergo ora pro nobis, quóniam múlier sancta es et timens Deum. Allelúja.

### GOSPEL Matthew 16: 24-27

In illo témpore: Dixit Jesus discíplis suis: Si quis vult post me veníre, ábneget semetípsum, et tollat crucem suam, et sequátur me. Qui enim volúerit ánimam suam salvam fácere, perdet eam: qui autem perdiderit ánimam suam propter me, invéniat eam. Quid enim prodest hómini, si mundum univérsum lucrétur, ánimæ vero suæ detriméntum patiátur? Aut quam dabit homo commutatónem pro ánima sua? Fílius enim hóminis ventúrus est in glória Patris sui cum Angelis suis: et tunc reddet unicúique secúndum ópera ejus.

### OFFERTORY Judith 15: 10

Benedixerunt eam omnes una voce, dicéntes: Tu glória Jerúsalem, tu lætítia Israël, tu honorificéntia pópuli nostri. (T.P. Allelúja.)

### SECRET

Hæc hóstia salutáris, Dómine, illam nobis in rebus árduis cónferat fortitúdinem, cujus beáta Joánnam, sub tanta discrimínium varietáte, tam insígnia præbuit exéempla: ut, ad inimícos repelléndos, étiam belli perícula subíre non dubitáverit. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spirítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

### COMMUNION Psalms. 22: 4

Si ambulávero in médio umbræ mortis, non timébo mala, quóniam tu mecum es, Dómine Jesu. (T.P. Allelúja.)

### POSTCOMMUNION

Cælésti pane reféctos, qui tóties beátam Joánnam áluit ad victóriam: præsta, quæsumus, omnípotens Deus; ut hoc salútis aliméntum de inimícis nostris victóres nos efficiat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spirítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Let us sing to the Lord: for he is gloriously magnified. The Lord is my strength and my praise, and he is become salvation to me. (P.T. Alleluia, alleluia.) (Ps. 97: 1) Sing ye to the Lord a new canticle: because he hath done wonderful things. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Let us sing to the Lord: for he is gloriously magnified. The Lord is my strength and my praise, and he is become salvation to me. (P.T. Alleluia, alleluia.)

O God, who wonderfully raised up the blessed virgin Joan for preserving the faith and fatherland, grant, we beseech Thee, by her intercession, that your Church, overcoming the snares of her enemies, may enjoy perpetual peace. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

I purposed, therefore, to take her to me to live with me: knowing that she will communicate to me of her good things, and will be a comfort in my cares and grief. For her sake I shall have glory among the multitude, and honor with the ancients, though I be young: And I shall be found of a quick conceit in judgment, and shall be admired in the sight of the mighty, and the faces of princes shall wonder at me. They shall wait for me when I hold my peace, and they shall look upon me when I speak; and if I talk much, they shall lay their hands on their mouth. Moreover, by the means of her I shall have

immortality: and shall leave behind me an everlasting memory to them that come after me. I shall set the people in order: and nations shall be subject to me. Terrible kings hearing, shall be afraid of me: among the multitude I shall be found good, and valiant in war.

The Lord chose new wars, and he himself overthrew the gates of the enemies. Where the chariots were dashed together, and the army of the enemies was choked, there let the justices of the Lord be rehearsed, and his clemency towards the brave men of Israel.

Alleluia, alleluia. Praise ye the Lord our God, who hath not forsaken them that hope in him. And by me his handmaid he hath fulfilled his mercy, which he promised to the house of Israel. Alleluia.

Alleluia, alleluia. (Judith 15: 11) Thou hast done manfully, and thy heart has been strengthened: the hand of the Lord hath strengthened thee, and therefore thou shalt be blessed for ever. Alleluia. (Judith 8: 29) Now therefore pray for us, for thou art a holy woman, and one fearing God. Alleluia.

Then Jesus said to his disciples: If any man will come after me, let him deny himself, and take up his cross, and follow me. For he that will save his life, shall lose it: and he that shall lose his life for my sake, shall find it. For what doth it profit a man, if he gain the whole world and suffer the loss of his own soul? Or what exchange shall a man give for his soul? For the Son of man shall come in the glory of his Father with his angels: and then will he render to every man according to his works.

They all blessed her with one voice, saying: Thou art the glory of Jerusalem, thou art the joy of Israel, thou art the honor of our people. (P.T. Alleluia.)

May this saving Victim, O Lord, bestow upon us that strength in difficult events, which the blessed Joan, in such a variety of dangers, showed a remarkable example, that she would not hesitate even to undertake the perils of war for expelling her enemies. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

For though I should walk in the midst of the shadow of death, I will fear no evils, for Thou art with me, Lord Jesus. (P.T. Alleluia.)

Having been restored by the bread of heaven, which so often sustained blessed Joan to victory: grant, we beseech Thee, almighty God, that this saving nourishment may make us victors over our enemies. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.